



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 139. De renovatione traditionis Otonis bonorum in pago Hasugo, nec
non de villis ad hunc pagum spectantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 139.


Renouatio traditionis quam fecit oto de propria hereditate in pago
hasugo (S) nam ne unquam obliuione oblitteretur iterum alia uice eam
guber-
nante Corbe-
iam Wa-
rino.
tra-

(S) Vinculum huic loco esse cum §. 36, res ipsa loquitur. Quodsi igitur ibidem c De pago testibus iam collegimus, per pagum *Hafsgō* designari pagum Hassego vel Hofsgo-
we. Frequentissima est litteræ A et E inter se permutatio. Perfilo adhuc ea-
dem in sententia, per illum pagum indicari Hessi Pagum, a me nondum, vt
credam, impetrare possum. Nam Hessi pagus, tam Franconicus quam Saxonius,
nunquam appellatur *Hafsgō*, sed Hessi seu Hassi. Quam ob causam ratio
videtur esse ficalua, quam ex hoc §. 139. instituit celeberrimus doctissimusque
Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 148. seq. perhibens, in pago Hessi Saxonico le-
gem Saxoniam fuisse in vsl. Quamuis enim rem ipsam in dubium reuocare
nequamus, quia pagus Hessi Saxonius in Angaria fuit, atque, in marca Stur-
methi, eidem fere contigua, legem Saxoniam adhibitam fuisse ac viguisse de-
prehendimus; ex hoc tamen loco comprobari non posse Ill. Grupenii senten-
tiam arbitramur, siquidem pagus *Hafsgō* nullus alias fuit, nisi pagus
Hofgōe, inter Salam, Wipera, atque Unstrut fluuios situs. Ad terras vsl-
que episcopatus Halberstadiensis eundem pagum *Hassego* procurrisse, indicat
diploma fundationis episcopatus Halberstadiensis Hludowici pii in *I. C. Lunigis Reichs Archiv Spic. Eccles.* P. II. im *Anhang* p. 15. In confinio Mersapurae seu
Merseburgi eundem, pagum *Hassagoi* existisse, ex diplomate Ottonis I, quod
correxit exhibuit eruditissimus D. *Dan. Eberh. Baringius* in *Clavii Diplom.* p. 21,
in propositulo est. Limites huius pagi *Hofgōe* designantur in diplomate erectionis
archiepiscopatus Magdeburgici *Tom. I. S. R. G. Meibomii* p. 732. fluuii *Sala*, *Willerbech*, et *Wipera*. Hinc Herm. Conringius in libro de *Antiquo Helm-
stadtii statu* p. 75. pagum *Hofgōe* non recte distinxit a pago *Hassingau*, quem ab
arce Hessen, cui vicus adiacet in Principatu Wolferbutelensi, ab urbe Wolferbutel-
tela duo milliaria distans, nomen accepisse haud secus ac Meibomius perhibet.
Nam circa arcem Hessen pagus Derlingi obuius erat. Pagus vero *Hofgōe* ab
Hassagoi, seu, vti in his traditionibus appellatur, *Hafsgō* non est discernen-
dus. Id ipsum adprobant bona, quæ *Oto* in pago *Hafsgō* donavit ecclesia Cor-
beiensi, quippe quæ fuerunt *marca Mimileuu* et *Meginrichsdorf*, quas abbatia no-
stra omnino posedit vslque ad tempus Ottonis II. Anno enim 980 permutatio-
nem fuisse factam inter Liudolfum abbatem Corbeiensem et Imperatorem illum,
quantum ad hec bona attinet, testatur diploma, quod ex autographi litteris, in
Archivio Corbeiensi extantibus, exhibemus. In hoc citra dubitationem omninem
per *Mimileuu* designatarum *Memleben*, adiecta Unstruto fluui, in qua Otto M.
ultimo spiritum pie creatori vniversitatis rerum tradidit anno 973, testante
Widekindo nostro *Annal. Lib. III.* p. 662. Ante eum pater eius Heinricus
aceps anno 936 ibidem diem obierat supremum. En diploma:

C In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. omnibus fidei Xpianae religiosis cultoribus ac regiae imperialis excellentiae magnitudinem fide debita iure honorantibus astutibus et futuris adhibiti scripti per subiectionem pateat qualiter nos et fidelem nostrum liudolfum uidelicet corbeiensis eccles abbatem condecoruit quoddam concambium de praediis nostris ob locorum oportunitatem inter nos facere. dedit igitur praefatus liudolfus uenerabilis abbas ex ratione suae abbatarie per manum *aduocati* sui liudolfi duas marcas meginrichesdorf et minilevū dictas in pago haffegovue et in comitatu sigefridi comitis sitas cum omnibus rebus illuc rite pertinentibus in mancipliis utriusque sexus aedificiis areis agris pratibus pacuis siluis eunectisque alius appendiciis quae dici possunt nobis ob nostram petitionem firmiter in apprium atque ad integrum a suo iure et ecclesiae suae in nōrum ii quod uoto plecat nostro inde agendum rededit. e contra autem in recompensatione huius traditionis abbatii predicto et ecclesiae sibi commissae de portione nōrae proprietatis per manum aduocati nōri liudgeri dedimus quidquid uisi sumus habere in

Ab anno
853 in-
perante
Hludo-
wicu et
tradicit ad reliquias sacerdotis stephani et mox in praesenti domino abbatii uuarino
con-

uillif budineueldon brungeringhuson lellibechi rebon corbechi et in halge-
buson dictis in pago nibberse et in comitatu asichonii comitis sitis cum
omnibus utensilibus illuc iure aspicientibus mancipiis utriusque sexus
aedificiis areis agris pratibus campis pascuis siluis aquis cunctisque aliis
pertinentiis quae dici adhuc aliquo modo aut nominari possunt atque
hoc a nono iure in ecclesiae superius dictae et abbatis antefatii liudolfi
successorumque illius potestate perpetualiter ibi standum omnino rede-
gimus et imperiali dominatione ad integrum tradidimus. sed quia
praescriptus abbas nonae uotum petitionis sequendo hanc mutuo inter
nos factam commutationem comprobauit propter suam dilectionem ad-
ieimus ut ipse suiq. successore in prefatis deinceps locis quietem ha-
beant atq. ut nullus come uel iudicaria persona hanc tranquillitatem
uiolare praesumatur hoc nono imperii praeccepto firmiter interdicimus ut
autem huius concambii utrimq. facti tradito per futura de hinc tem-
pora stabilior habeatur hoc nonae dominationis praecemptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari iussimus manuq. propria ut in-
fra uidetur corroborauimus.



Hildiboldus ep̄s et cancellarius ad uicem uilligis archicapellani recon-
gnoui et / / /

Data XVII. kl. oct. anno dominicae incarnationis DCCCCLXXX
indict. VII. anno uero regni secdi ottonis XX imperii autem XIII.
actum Vualahuson fel. amen.

Monogramma Ottonem indicat quartum, non secundum. Aut itaque illud
est recentioris manus artificium, aut diploma ipsum laborat.

De villis, intra pagum Nitherse in hoc diplamate obuiss, iam supra exposui-
mus §. 86. not. (n.) Poterit autem primo ex hoc diplamate, vt hoc obiter mo-
neamus, refutari *Ditmarus* episcopus Merseburgensis, qui in *Chron. Lib. III.* p. 341.
refert, *Ottонem II pia genetricis sue instinctu Mimileue, ubi pater eius obierit,*
in suo acquisitu concambio decimali, que ad Heresfeld pertinuerint, et congregatis
ibi monachis, liberam fecisse abbatiam datis ei rebus necessarioribus. Scribere enim
Ditmarus, non Heresfeldam, sed Corbeciam debuisset. Deinde vero incertum
est, pagum *Hasugo* nomen ab Hassis seu Hosis accepisse. Et denique anni regni
Ottonis II numerandi sunt in nostro diplamate a die coronationis eius, Worma-
tia facte anno 960, vii fit in *Fastis Corbeiensibus MS. 115*, diuerso tempore scri-
ptis, et, vti ex litteris appetat, haud vnis. Id videtur obseruandum contra omnes,
qui hucusque de illius coronatione scripserunt, illam in annum 961 reicientes,
ad quam vero peragendam Otto I. permotus morbo, in quem anno 960 incidere-
rat, vii Widekindus noster *Annal. Lib. III.* p. 659. annotauit, adductus fuit.
Postea quam enim Otto ex hoc morbo conualuerat, filioque suo coronam cura-
rat imponendam, Romam anno 961 statuit proficisci et in Longobardiam con-
tendere cogitauit.

consignauit iussit et manus uestitaram et inde fecit secundum morem *saxoni-guber-*
tae legij (T) cum terrae cespite et viridi ramo arboris quam hereditatem
nante
Corbe-
uice beneficii (U) postmodum a praedicto abbate ipse recepit et uxor sua iam *W2-*
possidendam quam diu quis eorum uixerit testes enno liuthi uoleger ussed *rino*.
uual et alii XXVI.

§. 140.

Thuring comes (V) ut traditionem propriae hereditatis quam olim fe-
cerat renouatione certificaret per omnia ita se peregisse sicut supra notum
est in sua traditione confessus est palam coram his testibus liuthard houlf
hered uualdhard heinric et aliis XI.

§. 141.

Tradidit *hadoldus* pro anima patris sui *eibert* iurnales XXX et locum
statuendi domum in *grimileshusen* (W) testes reginoldus uuichger fidac.

§. 142.

Tradidit *alfric* pro anima fratris sui *ohtrit* (X) mansum unum in *fal-*
basus (Y) testes addasta hemnic theodger beuo.

§. 143.

(T) *Lex Saxonica*, qua in pago *Hasugo* fuit in vsl, indicio nobis esse poterit, pagum De Lege
Hasugo ad Saxoniam nostram olim pertinuisse, ita tamen, vt *Mimileuu* in Thuro-Saxonica,
ringiae et Saxonie confiniis exstiterit, quia *Mimileuu* in allato diplomatico nomi-
natur marca seu limes. *Sigefridus* ergo, in cuius comitatu obvia anno 980 haec
marca erat, sine vlo dubio comes, et fortassis marchio, in eadem marca fuit.
Videtur is fuisse filius *Thiatmari III*, fraterque *Haddonis V.* marchionis orientalis,
de cuius prolapso egimus supra §. 104. not. (e) quod aliis perquirendum relin-
quimus. *Legem Saxoniam*, cum *Widekindus noster Annal. Lib. I. p. 634* eam
diligenter descriptam inueniri referat, quod hic publice significandum esse duxi-
mus, latere prodimus in archiuo Corbeiensi. Codicem membranaceum præ-
stantissimum ac optimè prorsus note, qui forma quarta legem Saxoniam com-
plectitur, ibi perlustravi, quem *Widekindus noster* inter ceteros videtur indi-
casse. Hoc enim fatendum est, eundem codicem etati *Widekindi* esse suppa-
rem. Dignus est ergo, qui edatur.

(U) Id est, feudi.

(V) De Thuringo comite, in villis Chirsenbruege et Nienthorpe, quidquid habuit, De comi-
te Thuri-
donante, vide supra §. 42. 47. 65. ringo.

(W) *Grimileshusen* villa erat, testante Registro nostro, in pago *Hessi* sita. De pago De villa
Hessi tam Saxonico quam Francoeno egimus supra §. 33. not. (v). Sine dubio *Grimiles-*
vlo hic intelligitur designari Saxonius. *Grimileshusen* enim est *Grimmelsen* ad hufen.
Dimolam, vno milliari distans ab oppido Warborg in episcopatu Paderbornensi.

De *Hadolo*, filio *Eiberti*, vide supra §. 104. not. (n).

(X) *Alfricum* cum fratre *Ohtrit* supra §. 104. not. (t) et (u) ad stemma *Widekin-* De Alfr-
deum retulimus, et, quantum coniectura auguramus, eosdem fuisse filios *Widekin-* co-
di Magni, credimus. *Alfrici* vero coniugem exstisit *Fillogam*, et *Tettam*, abbatissam
Herifordensem, *Alfrici* filiam fuisse statuimus, permoti ad hanc sententiam par-
tim nomine, quod in stirpe *Widekinea* saepius recurrit, partim donis, quæ
ipse tradiderunt, quæque in pagis *Nethga*, *Hessi*, *Almunga* et *Pathergo* posita
erant. Bona enim, in pago *Pathergo* sita, vti sine dubio vlo ad *Widekindi* po-
steros spectarunt, ita bona, in pagis *Hessi* et *Nethga* obvia, indicio esse viden-
tur, *femina* *Fillog* originem stirpi *Brunonianæ* fuisse innexam.

(Y) Villa *Falbasus* erat in pago *Nethga*, seu *Nethga*, iam vero desolata est. Exstitit De villa
vero olim in loco adhuc dicto das *Valbuser* *feld* inter oppidum *Peckelsen* et *Ger-Falbasus*,
den monasterium, in episcopatu Paderbornensi situm.